

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 6: De gula (4)

Idem (Bernardus):

O delicate, qui divitiis et delitiis circumfusus atque confusus,
confusionem expectas et mortem!
Non est regnum Dei esca et potus, non purpura non byssus,
quia dives ille utroque circumfusus
in puncto ad infernum descendit.

O delicate: qui deliciis et diuitiis circumfusus atque confusus
confusionem expectas et mortem.
Non est regnum dei esca et potus: non purpura et byssus.
quia dives ille utroque circumfusus:
in puncto ad inferna descendit.

O delicate, qui deliciis et divitiis circumfusus atque confusus,
confusionem expectas et mortem!
NON EST REGNUM DEI ESCA ET POTUS, non purpura et byssus,
quia dives ille utroque circumfusus,
in puncto ad inferna descendit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 19.2
(SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.162,
ll.8-10).

Quid ad hec dicitis gulosi et vos luxuriosi,
quorum Deus venter est,
quorum omnis usus aut in ventre aut sub ventre est,

qui in luxuriis nutristis corda et corpora vestra?
Audite, audite quia esca ventri et venter escis,
Deus autem et hunc et has destruet.

Quid ad hec dicitis vos gulosi et luxuriosi
quorum deus venter est:
quorum omnis vsus: aut in ventre aut sub ventre est:

qui in luxuriis enutristis corda vestra et corpora vestra?
Audite audite: quia esca ventri / et venter escis.
deus autem et hunc / et has destruet.

Guillelmus Tornacensis, *Liber florum beati bernardi abbatis
clareuallensis*, 6.21 (Paris, P. Pigouchet, 1499
[ISTC ib00390000], fol.52ra).

Quid ad haec dicitis vos, gulosi et luxuriosi,
QUORUM DEUS VENTER EST,
quorum omnis usus aut in ventre, aut sub ventre est,
qui, ut ait idem apostolus,
IN LUXURIIS ENUTRISTIS CORDA ET CORPORA VESTRA?
Audite, audite, quia ESCA VENTRI, ET VENTER ESCIS;
DEUS AUTEM ET HUNC ET HAS DESTRUET.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 19.1
(SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.161,
ll.9-12).